

Author: Phaedrus / Gudius reconstruction

Title: 3. Vulpis et Iupiter

URL:

<https://babel.hathitrust.org/cgi/pt?id=hvd.hn65a8&view=1up&seq=69>

Naturam turpem nulla fortuna obtegit.
Humanam in speciem cum vertisset Iupiter
Vulpem, regali paelex ut sedit throno,
Scarabeum vidit prorepentem ex angulo
Notamque ad praedam celeri prosiluit gradu.
Superi risere, magnus erubuit pater,
Turpem repudiatamque paelicem expulit,
His prosecutus: vive quo digna es, modo,
Quae nostris uti meritis digne non potes.

Nulla fortuna obtegit turpem naturam.
Cum Iupiter vertisset Vulpem
in humanam speciem
ut paelex sedit regali throno,
(Vulpes) vidit scarabeum
prorepentem ex angulo
et ad notam praedam
prosiluit celeri gradu.
Superi risere,
Magnus Pater erubuit,
et expulit turpem paelicem,
repudiatam,
prosecutus his (verbis),

"Vive modo
quo digna es,
(tu) quae non potes
digne uti nostris meritis."

Natu·ram tur·pem nul·la for·tun~ ob·tegit.
Huma·n~ in speci·em cum · vertis·set lu·piter
Vulpem, · rega·li pae·lex ut · sedit · throno,
Scarabe·um vi·dit pro·repent~ · ex an·gulo
Notam·qu~ ad prae·dam cele·ri pro·siluit · gradu.
Superi · rise·re, mag·nus e·rubuit · pater,
Turpem · repudi·atam·que pae·lic~ ex·pulit,
His pro·secu·tus: vi·ve quo · dign~ es, · modo,
Quae nos·tris u·ti meri·tis dig·ne non · potes.